

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Elfter Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1886.

Elf Papstbullen.

Mitgetheilt von S. Löwenfeld.

Die folgenden päpstlichen Privilegien, aus dem 7—10. Jahrhundert stammend, habe ich während meines zweiten Pariser Aufenthalts im J. 1882 aus mehreren Handschriften der Nationalbibliothek abgeschrieben. Die Urkunden der früheren Jahrhunderte des Mittelalters verdienen, auch wenn ihr Inhalt nicht gerade von hervorragender Bedeutung ist, schon um ihrer Seltenheit willen einen vollständigen Abdruck. Ich habe mich theilweise vergeblich bemüht, den Text von den Fehlern zu reinigen, welche sich selbst in die Copien eines Baluze und der Benedictiner von St. Maur eingeschlichen haben. Die Entzifferung der alten Papyrusbullen — denn um solche handelte es sich ja ursprünglich — bietet selbst einem geschulten Paläographen der Schwierigkeiten genug; und neben den alten Fehlern, die sich von Copie zu Copie forterben, pflegen neue in desto grösserer Menge aufzutreten, je entfernter die Verwandtschaft zwischen Original und Abschrift ist.

Die Ueberschriften, welche mit Absicht kurz gefasst sind und den Inhalt der Bulle in keiner Weise erschöpfen, zeigen auch die entsprechende Stelle in der neuen Ausgabe der Regesten an. Ich hoffe, man wird die angewandte Citierungsweise (J.-K., J.-E., J.-L.) billigen, vielleicht allmählich adoptieren. Denn indem sie im Moment erkennen lässt, ob die alte oder neue Ausgabe gemeint ist, und den lästigen Wechsel von 'Ed. 1' und 'Ed. 2' beseitigt, nennt sie den Bearbeiter der betreffenden Abtheilung, der die Verantwortlichkeit trägt, und enthält zugleich eine stillschweigende Anerkennung für eine nach jahrelanger Thätigkeit vollendete Arbeit.

I.

Vitalian bestätigt dem Kloster Stablo seine Besitzungen und Rechte, besonders das der freien Abtwahl (Fälschung), 660 Sept. — Jaffé-Ewald 2087.

Vitalianus episcopus servus servorum Dei venerabili Baboleno abbati monasteriorum in Stabulaus et Malmundario constructorum in honorem SS. apostolorum Petri et Pauli

salutem et apostolicam benedictionem. Si semper sunt concedenda, quae piis desideriis congruunt, tanto propensius ea, quae pro divini cultus religione postulantur, alacri devotione continuo sunt largienda. Postulasti igitur a nobis, ut monasterio tuo in Stabulaus, quod in Silva Ardenna in honorem praedictorum sanctorum constructum esse dinoscitur et ubi gloriosus Christi confessor Remaclus praedecessor tuus quiescit, sanctae apostolicae nostrae ecclesiae privilegium concederemus indulgeremusque, ut quidquid terrarum filius noster Sigibertus rex ob salutem animae suae dedit, libere possideat. Quapropter tuis supplicationibus assensum praebentes, apostolicae auctoritatis privilegio decernimus, ut congregatio Deo ibi religiose serviens liberam facultatem habeat creandi inter se, quem secundum Deum et regulam S. Benedicti elegerit sibi abbatem. Praeterea apostolica nostra auctoritate interdicimus, ne alicui in beneficium aut in concambium monasterium illud detur, sed maneat liberum cum omni integritate sua. Prohibemus etiam et ex auctoritate b. Petri, cuius vices¹ licet indigni in hac apostolica sede fungimur, interdicimus ut nulla ecclesiastica persona sive episcopus sive archidiaconus vel eorum ordinatores illud monasterium territoriumque eidem annexum eiusque territorii incolas praesentes et futuros accedat, neque praesumat eo locorum ullam imperandi potestatem sibi usurpare, vel iustitiam aut iudicium exercere, aut aliquam sibi auctoritatem attribuere, sed tu successoresque tui omnia, quae modo eidem monasterio concessa sunt et quae in futurum ceteri fideles pro remedio animarum suarum tradent, cum plena et omnimoda libertate atque immunitate sine medio sub potestate b. Petri Romani teneatis et possideatis, valeatis quoque concedere, ut possint nubere, qui se cognatione vel aliter contingunt, fraternitatem tuam commonentes, ut cum augmento honoris augeatur etiam in te tuisque subditis divini virtus amoris; ideo tibi annuimus, ut corpus divi Semetrii presbyteri et martyris tecum referre possis ad maiorem cultum Dei, qui in sanctis suis mirabilis est, et ad maiorem plebis noviter ad fidem conversae in ea confirmationem, stabilitatem et incrementum. Si quis itaque, quod absit, ausu nefario praesumpserit ea, quae a nobis ad laudem Dei pro honore et stabilitate venerabilis monasterii in Stabulaus statuta sunt, infringere aut in quodam² violare, sciat se sub divini iudicii testificatione per interventum b. Petri apostoli anathematis vinculo inextricabiliter innodatum et a regno Dei alienandum et cum diabolo et eius sequacibus atrocissimis poenis concremandum. Qui vero pro intuitu et respectu divini timoris observator huius nostrae praeceptionis apostolicae exstiterit, aeternae benedictionis gratiam a Christo domino consequi mereatur.

1) So die Hs. 2) So die Hs.; man erwartet 'quopiam' oder 'aliquo'.

Scriptum per manum scriniarii¹ S. R. E. in mense Septembri, indictione quarta.

Pariser Nationalbibl. ms. lat. 12697 (Monasticon Benedictinum XL) fol. 285 saec. 17, nach einem Transsumpt v. J. 1562.

II.

Synodalbulle Sergius' II. für das Kloster St. Tibéry, Diöc. Agde. (Fälschung) 844—847. Jaffé-Ewald 2595².

In nomine domini Dei aeterni et salvatoris nostri Iesu Christi. Sergius apostolicus et omnes episcopi centum numero, qui ad sanctam synodum sunt congregati in Beneventana provincia, ad omnes episcopos seu ad omnes fideles christianos, qui in provincia Aquitaniae morantur, in Domino fidelem salutem dirigimus. Notum sit vobis, fratres episcopi, qui ex Aquitaniae estis partibus, et omni populo catholico, quod, adveniente domno Pipino in sancta synodo et memoratus Attilius cum eo, deprecatus fui ego Sergius una cum coro episcoporum vel clericorum vel etiam caterva monachorum piissimum Pipinum imperatorem, ut ex rebus suis seu monasteriis vel ecclesiis beatissimo Petro pro mercedis emolumento aliquid condonaret et sub nostra potestate committeret; quod petitionibus nostris minime denegavit, sed daturum se ex rebus suis spondit. Tunc ibidem superesse videtur Attilius venerabilis abbas, deprecans clementiam imperatoris una cum marchione Manfredo, ut monasterium suum, quod est situm in pago Biterensi et est constructum super rivulum quod dicitur Tonga, in quo maior ecclesia continetur in honore beati protomartyris Stephani et intra eandem ecclesiam requiescit beati ac gloriosi Tiberii corpus cum sociis suis, Modesto videlicet atque Florentia, domino et sancto Petro Romanae sedis tribuatur. Petiit ergo praedictus abbas cum supradicto Manfredo venerando comite ad gloriosissimum Pipinum, ut ipsum monasterium suprascriptum cum omnibus rebus inibi pertinentibus in integro et sine ullius domini³ reservatione pro aeternae remunerationis praemio domino Deo et b. Petro apostolo condonaret. Quorum rex petitionibus annuit, qui et eundem⁴ monasterium cum omni honore suprascripto inibi pertinente domino Deo et beato apostolo Petro, sicut ipse liberum⁵ obtinebat, condonavit. Et ego Sergius apostolicus suscipio praefatum monasterium cum omnibus rebus suis sub defensione beati Petri et nostra et omnibus successoribus nostris et, sicut per praecepta regalia liberaliter domino Deo et beato Petro et nobis attributum est, sic percepimus atque iubemus et ordinamus. Concedimus, ut

1) 'scrivarii' Hs. 2) Diese Bulle erwähnt Paschalis II. in J.-L. 6514. 3) So am Rande statt 'omni' der Hs. 4) So die Hs. 5) Am Rande verbessert statt 'liberaliter' der Hs.

nullus iudex publicus iudiciariam exercens potestatem neque clerus neque laicus neque episcopus neque alius ex monachorum coetu aut ullus ex fidelibus nostris tam praesentibus quam futuris in ecclesias aut loca vel agros seu reliquas possessiones, quas moderno tempore intra apostolatum nostrum, neque in quibuslibet pagis et territoriis, quae iuste et legaliter possidet, vel ea, quae deinceps in ius ipsius sancti loci aut per nos aut per alios, per quos divina pietas voluerit augeri, nostris et futuris temporibus ingredi audeat neque ea, quae supra memorata sunt, nullatenus avertere praesumat. Et quando divina vocatione supradictus abbas vel eius successores de hac luce migraverint, quandiu ipsi monachi inter se tales invenire poterint, qui ipsam congregationem secundum regulam S. Benedicti regere valeant, per hanc nostram autoritatem ac concessam benedictionem habeant eligendi abbates licentiam quatenus ipsi ibidem, qui Deo famulari videntur, pro nobis et successoribus nostris Domini clementiam exorare delectentur, et si quis contra haec attemptandum¹ venerit, anathema sit.

Ego autem Sergius ipsique episcopi et sacerdotes Domini ac coeteri ministri Dei huius decreti concordēs effecti sunt, ut hi, qui ad hunc locum donaria oblaturi convenerint, peccaminum suorum, de quibus poenitudinem gesserunt, veniam, orantibus Dominum sacerdotibus, obtineant et insuper, si ecclesiae adytum² intrandi licentiam devote petierint, procul dubio non absoluti³ solum autoritate apostolica, verum per omnium episcoporum atque orthodoxorum impetrare poterunt.

Confirmatum quoque est hoc privilegium non solum manu apostolica, sed per huius sanctae synodi autoritatem centum numero, quorum nomina haec sunt:

Ignatius Antiocensis episcopus

Alexandrinus Autissiodorensis episcopus.

Anastasius Zeferinensis episcopus.

Vitalis ex Africa provincia episcopus.

Nectarius episcopus.

Mansuetus episcopus.

Zacharias ex Francia civitate episcopus.

Maximus Menansis episcopus.

Severinus Verdelensis episcopus.

Dyonisius Tauriniensis episcopus.

Ianuarius Parisiensis episcopus.

Medardus Cartaginiensis episcopus.

Hieronimus Mediolanensis episcopus.

Iranus episcopus.

Et ego Nectarius Pictavensis episcopus hoc privilegium

1) Am Rande der Hs. ist hinzugefügt: 'al. ad renovandum. 2) adytam Hs. 3) Am Rande der Hs.: 'al. absolvi aut absolutionem'.

manu mea conscripsi et si quis istud voluerit avertere anathema sit.

Et ita omnes dixerunt.

Pariser Nationalbibl. ms. lat. 12760. f. 392 s. XVII.

III.

Johann VIII. nimmt das Kloster Charlieu in apostolischen Schutz und bestätigt seine Rechte. 878, Juli 12. J.-E. 3175.

Iohannes episcopus servus servorum Dei Rathberto venerabili episcopo Valentie ecclesie seu Gauzmaro religioso abbati a vobis constituto nec non omnibus succedentibus abbatibus monasterii Cariloci siti in pago Matisconensi a vobis constituti in perpetuum. Iam quia cunctis Dei ecclesiis divina ordinatione Romana ecclesia eminet principatu et dignitate, imo decet eam pre universis largito vigore et tuitione velle libenti modis omnibus enitere; quoniam cum propria quotidie larga manu ministrat ipso poscentibus, eandem etiam largius congruit sua aliorum, quibus est largiri poscentibus¹. Qua propter quia vestra religiositas a nostro petiit pontificio, qualiter vobis vestroque iam dicto abbati eidem prefate congregationis a vobis prelato coenobii Cariloci, quod proprio in predio vestro a vobis una cum monachis ibidem degentibus constructum est apostolici regiminis preceptum fieri iuberemus, quodque sub eiusdem nostre sedis tuitione cum casalibus, mansis et omnibus ibi unde acquisitis et quoquo modo pertinentibus mittere curaremus, immo Romani more pontificis petentium precibus inclinati hoc tale fore capitulatim indiximus. Primo volumus, ut² cunctis diebus vite vestre seu iam dicti abbatis prefatum cenobium cum universis suis in vestra sit modis omnibus potestate et ordinatione. Post vestrum quoque amborum discessum in illius sit potestate, quem sibi ipsa congregatio annuente Deo elegerit sine alicuius persone contrarietate. Interea istud etiam nostro sancitu adnecti decernimus, si quod absit in iam dicto cenobio aliqua dissensio vel discordie iurgium exorta fuerit ad examen Romani pontificis eorum querele recurrere satagant, per cuius consultum, quidquid nefandum oriri coeperit, secundum suum decretum radicitus evellatur. His etiam iungimus, ut avaritia que est idolorum servitus deliteat, quatenus nullus rex nullusque sacerdos nec comes nec aliqua qualiscumque persona tam sacerdotalem ordinem tenens quam laicalem habitum gerens de ordinatione eiusdem loci aut consecratione basilice vel de quacumque commoditate spiritalis aut temporalis obsequii vel quibuscumque causis eidem monasterio pertinentibus contingere presumat vel auferre audeat, ne pro tali facto ea, que a fidelibus huic loco oblata sunt vel futuro tempore fuerint, taliter consumantur. Neque presul ipsius parochiae civitatis nisi ab

1) Die Arenga enthält zahlreiche Fehler.

2) 'et' Hs.

abbate ipsius monasterii sponte invitatus, ibi publicas missas agat neque sanctiones indicat, ne famulorum Dei quies vulgari conventu queat nihilominus perturbari. Preterea neque paratus neque hospitia exinde presumat requirere, receptiones vero fidelium, beneficentiam quam iubet apostolus omnibus exhibere iam non modo ibidem gratis fieri denegamus, verum ut fiat exhortamur. Ecclesias sane illorum a rege sibi vel ab aliis viris concessas¹ aut in posterum pro animarum remedio a fidelibus conferendas² seu in predio ipsorum constructas³ cum omnibus ad easdem⁴ pertinentibus precipimus, ut nullus sacerdos nullaue potestas sinistro quolibet ingenio audeat conturbare nec aliquid exinde presumat auferre nec villas abstrahere nec censum minuere, sed liceat servientibus Deo hoc, quod eis erogatum fuerit, cum gratiarum actione pleniter accipere et Dominum benedicere et illi soli deservire. Si quis vero sacerdotum vel publicorum huius seriei decretum audiens contra id in parte vel in toto aliquid agere presumpserit, potestatis honorisque sui dignitate percussus apostolica auctoritate et anathemate perpetuo feriat et cum diabolo et eius atrocissimis pompis atque Iuda traditore domini nostri Iesu Christi eterni incendii supplicio concremandus sit deputatus nec umquam a prefati anathematis nexibus absolutus. At vero qui pro intuitu observator in omnibus extiterit custodiens huius nostri apostolici constituti ad cultum Dei respicientis, benedictionis gratiam a misericordissimo domino Deo nostro consequatur et vite eterne particeps effici mereatur.

Scriptum per manum Georgii scriniarii sancte Romane ecclesie in mense Iulio indictione undecima. Data quarto Idus Iulias per manum Walberti humillimi episcopi sancte Portuensis ecclesie anno pontificatus⁵ domni Iohannis summi pontificis et universalis pape in sacratissima sede beati Petri apostoli sexto, indictione⁶ undecima.

Pariser Nationalbibl. Coll. Baluze 38, f. 247 et 254, s. XVII.

IV.

Hadrian III. bestätigt die Besitzungen des Klosters La Grasse. 885 Jun. Jaffé-Löwenfeld 3402.

Adrianus episcopus servus servorum Dei Sunifredo religioso abbati venerabilis monasterii sanctae et superexaltatae Dei genitricis semperque virginis Mariae et dominae nostrae, siti super fluvium Urbionis in comitatu Carcassense et per te in eodem venerabili monasterio⁷ in perpetuum. Convenit apostolico moderamini, pia religione pollentibus benivola compassione succurrere et poscentium⁸ animis⁹ alacri devotione

1) 'concessus' Hs. 2) 'conferendus' Hs. 3) 'constructus' Hs.
4) 'eandem' Hs. 5) 'anno primo pont.' Hs. 6) 'mens. et indictione' Hs.
7) Wohl so zu ergänzen: 'per te cunctis successoribus tuis, in e. v. m. regulariter promovendis'. 8) 'petentium' 2. 3. 9) 'animi' Hs., fehlt in 2. 3.

impertiri assensum. Ex hoc enim lucri potissimum praemium a conditore Domnium¹ omino promeremur, dum venerabilia loca opportune ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta. Igitur reverentia vestra postulavit a nobis, quatenus huius² apostolicae autoritatis nostrae privilegio confirmare deberemus tam ipsum venerabile monasterium sanctae Dei genitricis Mariae dominae nostrae, quam et omnes res eius immobiles, hoc est domos, cellas, ecclesias, villas, terras, vineas, prata, silvas cum omnibus adiacentiis et pertinentiis eorum una cum familiis utriusque sexus atque salinas et omnia alia, quae a piis imperatoribus et regibus vel ab aliis Dominum timentibus in eodem venerabili monasterio collata sunt, quanta vel qualia nunc ad ius eusdem monasterii vos tenere videmini, sicuti in praecepto Caroli quondam gloriosi imperatoris continere videtur. Unde fieri scriptum suggestioni vestrae decrevimus et a praesenti tertia indictione per huius nostrae apostolicae confirmationis privilegium roboramus, stabilimus et in perpetuum nostra apostolica autoritate confirmamus praedictam abbatiam eiusdem beatae et intemeratae Dei genitricis semperque virginis Mariae dominae nostrae et omnes praedictas res suas immobiles, id est domos, cellas, ecclesias, villas, terras, vineas, prata, silvas, per comitatus et diversa loca constitutas cum omnibus pertinentiis et adiacentiis eorum una cum familiis utriusque sexus, quanta vel qualia ad ius et salarium sanctissimi monasterii vel ad utilitatem abbatis seu monachorum ibidem Domino famulantium a christianissimis hominibus collata sunt, quemadmodum in ipso regali praecepto continetur, et quae a modo ibidem Domino adiuvante collata fuerint, confirmantes, statuantes apostolica censura sub divini iudicii obtestatione et anathematis interdicto³, ut nulli umquam magno vel parvo hominum liceat, quamlibet forsiam vel oppressionem in omnibus eius rebus facere aut potestatem aliquam habere vel aliquem distringere aut quaecunque teloneum ab eis exigere, sive ad placitum eos ubicumque pro quibuscunque causis provocare praesumat, nisi in ipso monasterio causae illorum audiantur et regulariter finiantur. Et volumus, ut tam tu et successores tui quam omnes monachi salvi et illesi consistent cum omnibus familiis eorum sine alicuius laesione vel depraedatione. Si quis autem quod non optamus contra hoc nostrum apostolicum privilegium per te a nobis statutum temerario ausu agere praesumpserit, sciat se anathematis vinculo innodatum et a regno Dei alienus existat; qui autem huius custos et observator extiterit, benedictionem et gratiam a Domino consequatur.

1) 'hominum' 1.

2) 'huius modi' 2. 3.

3) 'inter dictum' 1. 2. 3.

Scriptum per manum Leonis scriniarii sanctae Romanae ecclesiae, in mense Iunio, indictione tertia.

Pariser Nationalbibl. 1) ms. lat. 5455 fol. 2, Copie d. J. 1668 auf Pergament; 2) ms. lat. 12761 f. 374 s. XVII; 3) ms. lat. 12857 f. 531 s. XVII.

V.

Formosus bestätigt die Privilegien des Kloster St.-Denis. 893 Oct. 15. J.-L. 3497.

Formosus episcopus servus servorum Dei omnibus regibus seu principibus praesentibus et futuris nunc et venturis temporibus. Petentium desideriis ita nos convenit impertiri assensum, ut sequentibus temporibus nullis aecclesiastica utilitas valeat submitti dispendiis. Nam tunc petitorum postulatio congruum videtur suscipere effectum, quando venerabilia loca oportune ordinata ad meliorem fuerint sine dubio statum apostolica auctoritate corroborata. Idcirco noverit omnium praesentium et futurorum regum et episcoporum seu omnium apostolicę sedis fidelium unanimitas, fratres venerabilis monasterii sancti Christi¹ martyris Dyonisii, ubi ipse domnus requiescit in corpore, nostram implorasse benivolentiam, ut privilegium quondam a sancto Landericō Parisiācę urbis episcopo aliisque sanctis et venerabilibus episcopis de iam fato monasterio sancti Christi martyris Dyonisii tempore Chludovii filii Dagoberti incliti regis factum² et postea predecessorum nostrorum domni Stephani³ ac Leonis⁴, recolendę memorię apostolicorum, suorum auctoritate firmatum, nos etiam nostrō dignaremur roborare privilegio. Quorum considerantes atque cognoscentes iusta et congrua beneficentia auctoritate beati Petri, cuius nos immeriti vicarii sumus, nostri privilegii pagina decreta roboramus, praedecessorum nostrorum et venerabilium eiusdem regionis episcoporum, regum omnium et principum potentiam regni Francię obtestantes, ut praefatus locus sancti Christi martyris Dyonisii suis auctoritatibus roboratus nunc et eius⁵ temporibus ratus permaneat, nullusque sedis Parisii seu cuiuslibet aecclesię episcoporum cupiditatis vel avaritię causa, iunctionis suę aecclesię seu beneficii iure, praefatum vestrum locum repetat vel usurpet, non in villis, non in mancipiis, non in auro, non in argento, non in vestibis sive in quibuscunque rebus eiusdem aecclesię vel vestri loci sicut in privilegio a venerabilibus eiusdem regni episcopis facto continetur, sed semper sepredictus locus honore regum perpetualiter decoratus permaneat. Si quis autem temerario ausu magna parvaque persona contra hoc

1) 'Cristi' Hs. 2) In MG. Dipl. Merov. p. 180. 3) Stephanus III. J.-E. 2331. 4) Leo III. J.-E. 2499. 5) 'eius' Hs.; wohl 'futuris' oder 'perpetuis' zu verbessern.

apostolicum decretum, quod ob honorem iam dicti sancti Christi martyris Dyonisii praedecessorum sequentes vestigia statuimus, aliquid agere praesumpserit, sciat se anathematis vinculis esse innodatum et a Dei regno alienum et cum omnibus impiis æterno incendio dampnatum. At vero observator huius privilegii gratiam et misericordiam vitamque aeternam a misericordissimo domino¹ Dei nostro consequatur. Benevalete.

Scriptum per manum Gregorii scriniarii sanctę Romanę aecclesię in mense Octobrio, indictione XII.

Datum Idus Octobris per manum Stephani, nomenclatoris sanctę sedis apostolicę, imperante domno piissimo principe augusto Vuidone a Deo coronato magno imperatore anno III, sed et Lantberto novo imperatore, eius filio, anno secundo.

Pariser Nationalbibl. Cartul. S. Dionysii s. XI. nouv. acqu. lat. 326 fol. 15'. — Das ganz verstümmelte Original, ein Papyrus, befindet sich im Pariser Nationalarchiv. Die wenigen, noch lesbaren Worte und Buchstaben hat Pflugk-Harttung Acta I, 6 veröffentlicht. Hervorzuheben ist nur, dass das Original in der Datumszeile (nach Pflugk-H.) 'perpetuo augusto Widone' schreibt, während es im Cartular 'principe augusto' heisst. Jenes scheint richtiger zu sein.

VI.

Stephan VII. unterstellt das Kloster Psaume dem apostolischen Stuhle und bestätigt seine Besitzungen. 929—931. J.-L. 3582.

Stephanus episcopus servus servorum Dei. Uuitardo religioso presbitero et abati cenobii sancti Petri Psalmodiensis et monasteriis in ipsa insula est edificatus Psalmodius et Iuncellis est situs in territorio Biterrensis castri Lunatis aecclesiae sanctae Mariae et sancti Petri, Ioannis apostoli, Marcelli pape et u martiris et per te in eisdem monasteriis venerabiles. Cum summe apostolice dignitatis apex in hoc divini prospectus nitore dinoscitur praefulgeri, cum in exercendis deo laudibus suis impensibus studebat laboris exhibere certamen, ob oc debita nos eiusdem apostolice pastoralis compulit sollicitudo² curaue, que ad stabilitatem piorum pertinere dinoscitur locorum ubertim promul(gare et apo)stolice institutionis censura confirmare. Igitur quia postulasti a nobis, quatenus monasteriis sanctorum Petri et aliorum sanctorum in eadem insula Psalmodii sitis, Iuliani quo(que) s edificatum cellula ubi³ Cornilianicus vocant et aliarum cellularum et omnia que ad ipsius monasterii pertinencias Nemausensis et Sustancionensis, Biterrensis quoque ubi monasterius⁴ Iuncellis esse constructus prope castrum Lönatis cellulis et villis atque mansis privilegii sedis apostolice infulis decorentur, ut sub

1) Fehlt in d. Hs. 2) 'sollicitudon' 1. 3) So nach Bal. 4) So die Hs.
Neues Archiv etc. XI.

iurisdiccione karissime nostre impera(cio)(nis) praeceptis ex man(u?) illorum firmis et sigillis presis ahecepisti pro remedium animae illorum, ita et nos privilegio tibi sancimus, cui deo auctore deservimus aecclesiae tū, nullius alterius aecclesiae iurisdiccione submittatur (tu)is desideriiis favente ahe nostra actoritate¹ id quod exposcitur effectui m(ancipamus) et ideo omnem cuiuslibet aecclesie sacerdotem in praefatis monasteriis dicionem quamlibet abere . . . nc (?)² auctoritate (nostra?) apostolica proibemus, ita ut nisi ab abbate monasteriis invi(tatus) cie p sollemnia celebrare omni modo statuentes insuper apostolica censura sub divini iudicii obtestacione et validis atque atrocioribus anetematibus interdiccionibus ut neque ullus umquam praesumat quispiam alius cuiuscumque sit dignitatis praedictus³ potestate vel etiam quacumque magna parvaque persona in eadem monasteriis vel eius casis vel posesionibus incumbere, aud de rebus seu locis vel vel quicquit de is monasteriis pertinere videntur coquo modo auferre aud alienare, set nec quamlibet maliciam aut iacture molestiam ibidem sive pacis sive barbarici temporis coquo modo inferre, dum perfecto⁴ eum perenniter tam ut dictum est, pacis quam barbarico tempore firma stabilitate decernimus sub iurisdiccione karissime nostre aecclesiae permanendum a regibus et imperatoribus sub cuius dicione est regendum vel imutdum (?) sancimus, qui in tempore regnaverint dicione cum omnibus consistat. Promulgantes nempe et hoc auctoritate beati Petri apostolorum principis coram deo et terribili eius futuro eius examine per uius nostri apostolici privilegium atque constituta sanccimus atque decernimus aud⁵ loca quae ab habbatibus corumlibet qui nobis in eodem praefatis monasteriis sanctorum Petri, Victoris, Marcelli, Saturnini et Felicis martiris, quam Psalmodio vel Iuncellis, quod ponitur comitatu Nemausensi et Biterrensi comitatu vel etiam concessa sunt nec non et alias locorum possessiones que regibus ac ducibus vel guastaldis et a ceteris cristianis eisdem locis karissimis largita atque oblata sunt aud in postmodum illic concessa fuerint firma stabilitate iure ipsius praelatis⁶ monasteriis existenda atque in perpetuum permanenda statuemus. Haec⁷ licencia sit, ut dictum est, ex eius eiusdem monasterii pertinentibus ut profecto iusta isdem venerabiliorum locis apostolici constitutis atque privilegii simulque cum regibus istic inconculse dotando permaneat. Si quis autem quod non optamus nefario uso⁸ praesumerit haec quae

1) So die Hs. 2) Baluze liest 'hac'. 3) So statt 'praeditus'.
4) Statt 'perfecto' 5) Baluze: 'ut'. 6) Oder 'praefatis'? 7) So die Hs.
Baluze schreibt 'Nec'. 8) So statt 'ausu'.

a nobis ad laudem dei pro stabilitate iam dictis monasteriis statuta sunt refranguaverit in quoquam transgredi, sciat se anathematis vinculo innotatum et cum diabolo et eius atrocissimis pompis atque Iuda traditore domini nostri Iesu Christi et in incendii supplicii concremandum deputamus. At vero qui pio intuitu observator et in omnibus extiterit custodiens uisus nostri apostolici constituti ad cultu dei respicientibus benedictionis gratiam a misericordissimo domino deo nostro multipliciter consequetur esse mereatur.

1) Pariser Nationalbibl.: 1) Copie des X. Jahrh. in der Coll. Baluze 398 n. 2; 2) eine Abschrift von Baluze's Hand, ebenda 46 fol. 189.

VII.

Johann XI. bestätigt die Besitzungen und die Immunität des Klosters Déols gegen eine alle fünf Jahre zu entrichtende Steuer. 931, März. J.-L. 3585.

✠ Iohannes episcopus servus servorum Dei Oddoni venerabili abbati monasterii, quod Dolensis dicitur et in honore sanctae dei genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et Pauli in pago Biturico constructum est, et per te tuis successoribus in perpetuum. Convenit apostolico moderamini¹, pia religione pollentibus benevola compassione succurrere et poscentium animis² alacri devotione impertire assensum. Ex hoc enim potissimum lucri praemium a conditore omnium Deo promeremur, dum venerabilia loca opportune ordinata ad meliorem fuerint nostra auctoritate statum perducta. Igitur quia petisti a nobis, quatinus praedictum monasterium in illo statu, quo a bono viro Ebbone per testamentum manere decretum est, nostra auctoritate apostolica in perpetuum constare decernimus³, sanctae Romanae, cui Deo auctore deservimus, ecclesiae subiectum, inclinati precibus tuis tibi ad regendum concedimus. Itaque sit illum⁴ monasterium cum omnibus rebus, vel quas hunc habet vel quae deinceps ibi traditae fuerint, liberum a dominatu⁵ cuiuscunque regis aut episcopi sive comitis vel cuiuslibet ex propinquis aut alterius cuiuscunque personae⁶, nullus ibidem contra voluntatem monachorum praelatum eis post tuum discessum ordinare praesumat, sed habeant liberam facultatem sine cuiuslibet principis consultu, quemcumque secundum regulam Sancti Benedicti voluerint sibi⁷ ordinare, nisi forte quod absit personam suis vitiis consentientem eligere maluerint, hoc quicunque voluerit et potuerit cum zelo Dei prohibeat. Prata illa, quae Ad vincaria dicitur, iuxta scilicet

1) 'moderamine' Hs. Der Fehler begegnet häufig. 2) Die Hs. hat 'suffragium'. Das Wort ist entweder ganz zu streichen oder durch 'congruum' zu ersetzen. 3) So die Hs. Man erwartet 'decerneremus'. 4) So die Hs. 5) 'dominatum' Hs. 6) 'persona' Hs. 7) 'sive' Hs.

pontem sancti Dionysii sita, sicut et cetera omnia, quaecunque aut a praedicto Ebbone aut ab aliis donatoribus testamentis inserta sunt, vestro dominio perpetualiter delegamus. Decimas vero, quae olim ad vestras capellas pertinuerunt, vobis ex integro delegamus, ita ut nullus quidquam inde subtrahere praesumat. Praeterea quidquid ex vineis vel culturis ad partem vestram pertinuerit, pars quoque decimarum hospitali pertineat, similiter et de his rebus, quas percepturi estis in qualibet parochia sint. In aquaeductis autem, quae ad vestros molendinos transmeant, licentiam piscandi soli habeatis. Porro si quis monachus¹ ex quolibet monasterio ad vestram conversationem solo duntaxat meliorandae vitae studio transmigrare voluerit, cui videlicet abbas suus regularem sump- tum ad depellendam proprietatem habendi ministrare neglexerit, suscipere vobis liceat, quousque monasterii sui conversatio in regularem propositum² reparetur. Immunitatem vero ita vobis concedimus sicut locis sanctis ubique reverentia debetur, addentes ut nullus vestra mancipia vel conductos aut res quaslibet sine vestro consultu distringere aut invadere ullo modo praesumat. Sane ad recognoscendum, quod praedictum monasterium sanctae apostolicae sedi ad fovendum atque tuendum pertineat, per quinquennium dentur in argento quinque solidi. Si quis autem contra hanc saluberrimam nostram constitutionem resistendo venire tentaverit aut aliquid horum corrumpere conatus fuerit et omnia, quae in hoc apostolico nostro privilegio sancimus, non observaverit, sciat se, sub divini iudicii obtestatione³, anathematis vinculo, nisi resipuerit, aeternaliter innodandum et a regno Dei alienandum et cum diabolo sine fine cruciandum. Qui vero huius nostrae saluberrimae sanctionis custos et observator extiterit, a Christo deo benedictionem et a sanctis apostolis mundi iudicibus absolutionem hic et in futuro consequi mereatur.

Scriptum per manus Theodori scriniarii sanctae Romanae ecclesiae in mense Martio, indictione quarta.

Pariser Nationalbibl. ms. lat. 12820 s. XVII. fol. 16'.

VIII.

Leo VII. bestätigt dem Kloster Déols Immunität, Besitzungen und freie Abtwahl. 938, Jan. 5. J.-L, 3603.

Leo episcopus servus servorum dei Odoni religioso abbati Dolensis coenobii in honore sanctae dei genitricis Mariae et beatorum principum apostolorum Petri et Pauli constructi

1) 'monacho' Hs. 2) So am Rande verbessert statt 'praepositum' der Hs. 3) Die Hs. hat: 'subditum iudicii obtestationem'. Vgl. unten S. 388.

tisque¹ successoribus in perpetuum. Apostolicae moderationi totius ecclesiae cura commissa est et idcirco quisquis divina dispensatione in sancta Romana sede succedit necesse est, ut ubicunque possibile fuerit, utilitatem eiusdem ecclesiae procuret, adversa videlicet quaeque per apostolicam auctoritatem comprimens et refrænans, commoda vero iuvans et sustentans. Sic etenim et nostrum officium, quod nobis iniunctum est, exercemus et a Deo bonorum omnium retributore mercedem et a sanctis patrocinium obtinere confidimus. Quapropter monasterium praedictum, quod Ebbo piae memoriae vir et venerabilis aedificavit, ita ut a nostro praedecessore per auctoritatem privilegii sancitum est², liberum ab omni dominatione cuiuscunque personae aut regis videlicet aut episcopi aut filiorum aut propinquorum ipsius Ebbonis esse decernimus, et res omnes, quas vel nunc habere videntur monachi vel deinceps ibidem conlatae fuerint, sine ulla contradictione possideant. Bodillonem quoque villam cum suis appenditiis a Girardo nobili viro conlatam eidem praedicto loco similiter confirmamus, quia licet praedictus vir Gerardus primum exinde testamentum ad aliam ecclesiam fecerit, non tamen ad possidendum hanc tradidit, sicut his posterioribus fecit. Lex enim Romana iubet, ut si quis de una re duobus fecerit testamentum, uni prius et alteri postea, non queratur cui³ prius aut posterius fecerit, etiam si aliquis ei propinquus sit, sed ille videlicet cui post factum testamentum rem ipsam ad possidendum tradidit⁴. Hoc ergo nos intuentes, easdem res, quae legaliter conceduntur, eidem coenobio per nostram apostolicam auctoritatem confirmamus. Capellam nihilominus iuxta castrum a religiosis Britonibus constructam post illorum discessum attribuimus et omnes res, ut iam diximus, sibi pertinentes ita sibi vindicent, ut nullius omnino ditioni subiiciatur, nisi Romanae sedi sicut in praedicto testamento praefati Ebbonis continetur. Abbatem vero communiter et regulariter viventem sine ullius contradictione aut tecum aut post te de ipsis vel certe saniori consilio de alio quolibet coenobio praeficiant. Quod si aliquis per munus aut per inanem gloriam, consentientibus etiam quod absit monachis, irrepere tentaverit, hunc talem veluti furem et latronem per apostolicum interdictum prohibemus, sed ab illis personis, quibus beatus Benedictus in hac re potestatem tribuit, talem eligi praecipimus, qui domui dei bene praeesse studeat, qui consuetudines a prioribus institutas tam in divinis actibus quam et in humanis plenarie conservet, ut sicut dictum est,

1) 'totiusque' Hs. 2) Gemeint ist die vorangehende Bulle Johannis XI.
 3) 'cur' Hs. 4) Wenn man nicht zu dem Satze 'sed ille videlicet' als Prädikat 'queratur' ergänzen will, muss man annehmen, dass hinter 'tradidit' einige Worte ausgefallen seien.

communiter vivat et fratribus prout potuerit prodesse magis quam praeesse studeat. Quicumque vero praedicto iam monasterio in augendis rebus vel religione adiutores extiterint, Christum dominum et sanctam eius genitricem atque beatorum apostolorum principes habere mereantur adiutores. Econtra autem quicumque temerarii vel audaces monasterium aut fratres sive quaslibet res ad eos pertinentes laedere aut usurpare praesumpserint, illos per apostolicam auctoritatem, nobis per ipsos¹ a Deo concessam, sub anathematis vinculo, nisi resipuerint, usque in diem iudicii obligamus. Observantibus haec gratia et pax Christi multiplicetur.

Scriptum per manum Theodori notarii et scriniarii² sanctae Romanae ecclesiae nonis Ianuarii, indictione undecima.

Pariser Nationalbibl. ms. lat. 12820 s. XVII. fol. 23'.

IX.

Leo VII. bestätigt der Cathedrale von Orléans ihre Besitzungen und Rechte. 938, Jan. 9. J.-L. 3607.

Leo episcopus servus servorum Dei Anselmo religioso praesuli sanctae matris ecclesiae Aurelianensis in honore Sanctae Crucis dedicatae suisque successoribus in perpetuum. Convenit apostolico moderamini, pia religione pollentibus benivola compassione succurrere et poscentium animis alacri devotione assensum impertiri. Ex hoc enim lucri potissimum apud conditorem omnium Deum obtinere confidimus, dum³ venerabilia loca ad meliorem statum nostro fuerint amminiculo reparata, et in hoc debemus omne studium habere ut, quia nostris peccatis exigentibus rerum ordo nimis turbatus est, illum in quantum possumus, Deo largiente⁴, sustentare curemus. Proinde noverit sancta et universalis ecclesia nostrorumque tam praesentium quam futurorum sollertia, quia vir venerabilis Anselmus⁵ praedictae civitatis episcopus adiens nostram serenitatem, obtulit praesentiae nostrae⁶ auctoritates praedecessorum nostrorum apostolicorum virorum huius sanctae sedis Romanae, in quibus continebatur, qualiter ei omnes res ecclesiae suae perpetualiter ad deserviendum confirmaverint; postulans atque humiliter obsecrans, ut nos morem praecedentium patrum sequentes, easdem res a sanctae fidei cultoribus sub testamentorum traditionibus eidem ecclesiae delegatas regumque Francorum testamentorum⁷ munimine promulgatas et apostolica auctoritate a nostris praedecessoribus pridem destinatas, simili

1) d. h. 'apostolos'. 2) 'secretarii' Hs. 3) 'quod' B. Mit B. bezeichne ich die Abweichungen von dem Texte der Bulle Benedicts VII, welche hinter dieser im Auszuge folgt. 4) 'deo larg. possumus' B.

5) Anselm 912—938; in der Bulle B. heisst es Arnulfus, 972—980.

6) 'nostrae' habe ich hinzugefügt. 7) 'privilegii' B.

nostrae auctoritatis privilegio corroboraremus. Cuius nos liberalitatis benignam petitionem gratuito favore suscipimus¹ ritumque² ducentes id agere decrevimus. Res autem, quas in praesentiarum ipsa retinet ecclesia, hae sunt: Monasterium Sancti Evvrey, monasterium S. Liphardi³, cum rebus quae sunt in Pontivo et in Maconensi⁴ pago et in provincia, ex eadem abbatia pertinentibus, quarum haec sunt nomina: in Pontivo villa Rahis cum omnibus sibi rebus pertinentibus, monasterium Sancti Maximini monachorum, item Capella⁵ Sancti Maximini iuxta murum, monasterium S. Petri virorum, monasterium S. Petri Puellarum, monasterium Sanctae Crucis Gargogilensis, monasterium S. Aviti, Capella⁵ S. Privati, Cellam S. Petri Tauriacensis, S. Saturnini, S. Mariae Draviacensis, item S. Mariae fabricatae⁶, S. Iohannis, S. Marcelli, S. Martini Crevensis, S. Martini, quae est prope murum ipsius civitatis, S. Laurentii, S. Gervasii, Puteum S. Sigismundi, S. Vincentii, S. Sergii, Bucum monasterii, Bellum campum, Screonas, Marogilum, Prisciniacum cum rebus omnibus ad praedicta monasteria et ad cellas pertinentibus. Sunt etiam hae villae: Silviniacus, Petuerius⁷, Bullus, Manciacus⁸, Rofiacus, Cemonus⁹, Castellanus, Veteres mansiones et Novavilla, Liminiacus, Buxiacus, Nemaus, Cacionus¹⁰, Cambonus, Baverdonus¹¹, et alodus, quem Karolus imperator serenissimus Theodrado dedit ad proprium et idem Theodradus memoratae delegavit ecclesiae et res cum mancipiis, quas Deotimius et Agius ceterique dei fideles eidem contulere ecclesiae. Res vero, quas ipse venerabilis Anselmus episcopus a Radulfo rege recipiens stipendiis fratrum eiusdem ecclesiae delegavit, hae sunt: Clepiacus, Trienaus, Lauriacus cum omnibus ad eas pertinentibus. Res autem quas iamdictus imperator Karolus eidem reddidit ecclesiae et postea gloriosus rex Ludovicus suo confirmavit praecepto hae sunt: Basilicas, Ulmetus, Perpetiacus, Geveniulus¹², Marigilus¹³, Lidiacus, Cadonnus¹⁴ cum villis ad se pertinentibus, Buxerola, Vienna, Limogilo, Silviniaco, cum aliis rebus et mancipiis ad easdem villas pertinentibus. Res etiam, quas Karlomannus rex eidem ecclesiae reddidit, sunt hae: In pago Biturico villa quae vocatur Caltesius et altera quae vocatur Marsiacus. In pago Nervernensi¹⁵ ad eandem Caltesiam¹⁶ pertinens sive Pauliacum cum omnibus longe lateque aut prope positis rebus ad praedictas villas pertinentibus et familia utriusque sexus. In pago etiam Blesiaco villa quae vocatur Curtis

1) 'suscepimus' B. 2) 'ratumque' B. 3) 'Lyfardi' B. 4) 'Mascon.' B.
 5) 'Capellam' B. 6) 'fabricitae' B. 7) 'Peduerius' B. 8) 'Maciacus' B.
 9) 'Cennonus' B. 10) 'Cazonus' B. 11) 'Gaverdonus' B.
 12) 'Genenoiulus' B. 13) 'Maroiulus' B. 14) 'Cudonnus' B. 15) 'Nervernensi' B.
 16) 'Cultesiam' B.

cum omnibus ad eam pertinentibus. Memoratas igitur cellas, monasteria et villas cum nonis et decimis, quas ipsa ecclesia de comitatu et de aliis villis, quae in beneficio continentur, accipere consuevit seu alias res cum rebus omnibus et mancipiis ad se pertinentibus, quas modo et tunc iure et legaliter ipsa tenebat ecclesia, apostolico nostrae auctoritatis ritu per hoc nostrae altitudinis scriptum eidem denuo confirmamus ecclesiae, ut hac huius apostolicae sedis immunitate praefatus pontifex et futuri saepedictae ecclesiae praesules per omnia et in omnibus, quae sibi necessaria fuerint, utantur suaque defendant et liberam exinde et ex aliis rebus, quae eidem ecclesiae a fidelibus dei conlatae sunt, habeant potestatem. Obtulit interea iam dictus venerabilis praesul Aurelianensis ecclesiae obtutibus nostris auctoritatem immunitatis regum videlicet atque imperatorum, in qua erat insertum, quod ipsi reges Francorum videlicet matrem ecclesiam, cui auctore deo ipse venerabilis episcopus praeest, sub suo ipsius munimine ac devotione¹ consistere fecissent et eorum immunitate auctoritatis² hactenus ab inquietudine iudiciariae potestatis eadem munita ac defensa fuisset ecclesia. Ob rei tamen firmitatem postulavit nos iam dictus venerabilis episcopus³, ut sanctorum patrum morem sequendo, nostrae immunitatis privilegium eidem fieri censeremus ecclesiae. Cuius petitionibus iterum libenter annuimus et sanctorum patrum gesta roborando hoc nostrae immunitatis privilegium sub interdicto apostolicae constitutionis pro divini cultus amore et sanctae religionis stabilitate ad⁴ ipsam sanctam sedem fieri decrevimus: per quod praecipimus atque iubemus, ut nullus iudex publicus vel quilibet ex iudiciaria potestate tam praesentium quam futurorum in ecclesias aut loca seu reliquas possessiones, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis iuste et legaliter memorata tenet ecclesia, nec in eas res, quae deinceps a catholicis eidem conlatae fuerint ecclesiae, ad causas audiendas vel freda aut tributa theloneaque exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines ipsius ecclesiae tam ingenuos quam servos super terram ipsius commanentes distringendos seu alias redibitiones aut inlicitas⁵ occasiones nostris et futuris temporibus aggredi audeat, neque ea quae supra memorata sunt exigere penitus praesumat⁶, sed liceat praefato praesuli suisque successoribus res praedictae ecclesiae cum monasteriis, cellis, villis sibi subiectis et rebus omnibus vel hominibus ad se pertinentibus vel aspicientibus, una cum telonei medietate et porta Parysiaca, sicut in praeceptis regum continetur Francorum vel etiam nonis et decimis de quibuscunque locis vel

1) 'defensione' B. 2) 'immunitatis auctoritate' ist wohl zu verbessern. 3) 'praesul' B. 4) 'vel' B. 5) 'illicitas' B. 6) 'praesumet' B.

pagis sibi pertinentibus sub tuitionis¹ atque immunitatis nostrae defensione, remota totius iudiciariae potestatis inquietudine, quieto ac libero ordine possidere atque pro incolumitate nostra seu etiam totius regni stabilitate et huius Romanae sedis nobis a Deo commissae eiusque clementissima miseratione per immensum conservandi statu(m)² una cum clero et populo sibi subiecto Dei immensam iugiter exorare clementiam, et quidquid de praefatis rebus ecclesiae ius fisci exigere poterat, in integrum eidem stabilimus ecclesiae, scilicet ut perpetuo tempore in eodem loco Deo famulantibus ad peragendum Dei servitium, augmentum³ sit et supplementum. Et quia nostra sunt periculosa tempora, in quos fines seculorum devenerunt, in quibus habundante iniquitate multorum refrigescit⁴ karitas, eam auctoritatis praerogativam praefatae matris ecclesiae clero vel populo constituere et ordinare placuit, ne violentia secularis potentiae in succedendis praesulibus vim eis aliquam causa propinquitatis seu turpis⁵ lucri gratia vel temeritatis arrogantia inferre praesumat; sed quem vel minima pars saniori consilio secundum Deum pro vitae merito et sapiente doctrina sive ex ipsa provincia seu ex alia circumquaque posita eligere maluerit, hunc talem in pontificali cathedra subrogandum nulla iudiciaria potestas contradicere possit. Illud etiam sub anathematis obligatione per illam auctoritatem, quam dominus noster Iesus Christus in beato apostolorum principe principibus tradidit ecclesiae, excommunicamus atque interdicimus, et eiusmodi privilegium apostolica interdictione aeternaliter in eadem sede permanere decernimus, ut nulla omnino persona videlicet vel quilibet causa adipiscendi pontificatus seu quispiam adepto honoris donativo gratia acquisitionis tanquam ad se privata utilitate efficacius pertinentis, res ad eandem sanctam matrem ecclesiam pertinentes, ecclesias, villas vel reliquas possessiones, quas in praesentiarum sub suo retinet dominio vel ex hoc acquirere poterit, contradere vel alienare audeat seu quisquam secularis⁶ potentiae temerariae cupiditatis exercens tyrannidem, easdem invadendo usurpare vel suis usibus vindicare praesumat. Videntes etiam tanti viri reverentiam multamque ingenitae benignitatis modestiam, hanc auctoritatis manum petenti contulimus, ut quicquid suis vel propriae sedis vel monasteriorum circumquaque positorum congregationibus scripto bonae voluntatis delegaverit, per successorum tempora incon vulsum vicens, a nemine violari possit. Illud quoque nostro huic privilegio interseri placuit, ut si aliquis per retroacta annorum curricula usque ad hoc nostrae providentiae tempus aliquid ex rebus vel mancipiis iamdictae ecclesiae quolibet malo vel

1) 'sub tuitionis' aus B hinzugefügt. 2) 'statum' B. 3) 'augmentum' B. 4) 'refrigescet' B. 5) 'turpis' fehlt in B. 6) 'salutaris' B.

perverso ingenio vel persecutione aliqua imminente seu quolibet tarditate vel negligentia interveniente invadendo vel subtrahendo abstulit vel si quilibet ex praedictae ecclesiae mancipiis quocumque malo ingenio a servitio ipsius se occultavit¹ aut fuga lapsus subtraxit² et hoc praelatus ipsius ecclesiae vel sui³ successores una cum suis advocatis⁴ et testibus idoneis probare potuerint, ita per hoc altitudinis nostrae testamentum approbent et in integrum quae sua fuerint ipsa recipiat ecclesia sine alicuius contradictione vel intermissione potestatis. Verum ut haec omnia firmitus teneantur, quicunque exsecutores huius nostrae auctoritatis, quam illi sanctae matri ecclesiae stabilivimus et eius in bono adiutores extiterint, hos quantum nobis potestas a Deo per beatum Petrum collata est, sicut sanctae ecclesiae cultores⁵ absolvimus. Illos vero, qui contrarii quolibet modo extiterint, sub anathematis vinculo, nisi resipuerint, usque in diem Domini obligamus. Pax et gratia Christi observantibus multipliciter.

Scriptum per manum Theodori notarii et subdiaconi sanctae Romanae ecclesiae in mense Ianuario, indictione undecima. Bene valete.

Datum V. Idus Ianuarii per manum Nicholai primicerii summae apostolicae sedis, anno Deo propitio pontificatus domini nostri Leonis pontificis et universalis septimi⁶ papae in sacratissima sede beati Petri apostoli tertio, in mense et indictione undecima.

Pariser Nationalbibl. Coll. Baluze 78 f. 5'. Abschrift, von Baluze im Jan. 1667 gefertigt: 'Ex chartulario vetere ecclesiae Aurelianensis, ubi bulla num. XIX signata est'.

X.

Benedict VII. bestätigt der Cathedrale von Orléans ihre Besitzungen und Rechte. 974—980. J.-L. 3801.

Benedictus episcopus servus servorum Dei Arnulfo religioso praesuli sanctae matris Aurelianensis ecclesiae in honore sanctae Crucis dicatae suisque successoribus in perpetuum. Convenit apostolico moderamini *etc. ut in superiore bulla usque ad* et alii dei fideles eidem contulere ecclesiae. Res autem quas iam dictus imperator Karolus eidem reddidit ecclesiae et postea gloriosus rex Ludovicus *etc. usque villa quae vocatur Curtis*, quam nuper saepedictae ecclesiae Odo comes reddidit consentiente Hugone duce Francorum cum omnibus ad eam pertinentibus. Beneficium etiam quoddam Gauzfredi comitis, in quibuscunque pagis vel provinciis situm sit, quod idem Ugo

1) 'occultaverit' B. 2) 'subtraxerit' B. 3) Fehlt in B. 4) 'advocatis' aus B. 5) In der Bulle B. wird hinzugefügt: 'si emendare voluerint'. 6) 'sexti' Hs.

Arnulfo eiusdem ecclesiae praesuli consentiente eodem Gauzfredo reddidit. Memoratas igitur cellas, monasteria et villas cum nonis et decimis quas ipsa ecclesia de comitatu *etc. usque* vel suis usibus vindicare praesumat, quatinus ab eiusdem dominationis famulitio eas alienando subtrahat et haec ipsa in posterum perdere debeat, neque eas res, quas eiusdem praesulis tempore clerus ipsius ecclesiae in propriam substantiam nominativa destinatione segregatas retinet, quispiam deinceps ulla ratione extorquere praesumat. Videntes etiam tanti viri reverentiam *etc. usque* in diem Domini obligamus¹.

Pariser Nationalbibl. Coll. Baluze 78 f. 9. Abschrift, von Baluze im Jan. 1667 gefertigt: 'Ex chartul. vetere eccl. Aurelian., ubi bulla num. XX signata erat'.

XI.

Benedict VII. bestätigt einige Besitzungen des Klosters Figeac (Fälschung). 975, Sept. 27. J.-L. 3785.

Benedictus episcopus servus servorum Dei Calstoni viro venerabili monacho atque abbati monasterii sancti Salvatoris, quod appellatur Fiacus, suisque successoribus ibidem in perpetuum Deo servientibus salutem et apostolicam benedictionem. Convenit apostolico moderamini, pia religione pollentibus benivola compassione succurrere et iusta poscentibus animis alacri devotione impertire assensum. Tunc enim lucri potissimum premium apud conditorem omnium reponitur Deum, quando sacra loca oportune ordinantur et ad religionis statum ipso donante perducuntur. Igitur quia postulasti a nobis, quatenus confirmemus tibi locum illum, qui Exartellis sive Fontis nominari dignoscitur, ubi ecclesia in honore sancte Dei genitricis semperque virginis domine nostre edificatur, seu terram illam, quam quidam Ramnulfus et Stephanus episcopus tibi tuoque monasterio dederunt cum omnibus que ad constructionem eiusdem ecclesie data sunt vel dabuntur, ratum id fieri iudicavimus. Iure igitur sancte Romane ecclesie, cui auctore Deo deservimus, tibi tuisque cunctis successoribus Fiaci² Deo servientibus per huius precepti seriem in integrum locum ipsum tradimus et confirmamus cum omnibus ad eum pertinentibus et in perpetuum decernimus detinendum. Servos quoque Dei monachos, quos in eadem ecclesia constitueris, mandamus ut sub castitate et modestia nec non sub regulari disciplina tanquam paterfamilias vivere facias, quatenus quotidianis diebus ac noctibus iugiter Deo laudes celebrent et pro cunctorum fidelium salute incessanter exorent. Statuimus itaque hoc atque firmamus, beati Petri apostolorum principis auctoritate, cuius nos etsi impares meritis, divina tamen gratia suffragante vices

1) Cette bulle finit là, sans date. Baluze. 2) 'Fiaco' die Hs.

gerimus. Sub anathematis vero interdictione et divini iudicii obtestatione positum se esse sciat, qui in quoquam convellere voluerit haec, quae a nobis compassionis modo decreta sunt, si admonitus emendare noluerit.

Scriptum per manus Iohannis notarii regionarii atque scribarii. Datum apud monasterium sanctorum Cosmae et Damiani, die natalis¹ eorumdem, anno incarnationis dominice nongentesimo quinquagesimo nono, Indictione secunda, pontificatus autem domini Benedicti pape secundi.

Pariser Nationalbibl. Coll. Baluze 269 f. 70. Baluze, der die Abschrift gemacht hat, bemerkt in einer Note: 'Epistolam istam habuimus ex archivo monasterii Fontensis in dioc. Cadurcensi, quod pendet a monasterio Cluniacensi. In eodem vero monasterio exstat acta donationis, cuius meminit hoc loco papa Benedictus, factae a Ramnulfo et Stephano Cadurcensi episcopo, data mense Ianuario, feria tertia, regnante Lothario rege. Quod omnino incidit in tempora, quibus Benedictus VI. itemque VII Romanam cathedram tenuerant. Horum ergo alterutrius necesse est esse illam epistolam, non vero Benedicti II, qui diu ante haec tempora vixit. Itaque corrigendus numerus annorum est proque anno nongentesimo quinquagesimo nono reponendus est annus nongentesimus septuagesimus tertius, qui fuit primus annus pontificatus Benedicti VI, indictione II notatus.

1) So die Hs.